

1487. ięz 11. Martij:

Ex Orig: Arch: regni.

339.

Conradus Dux Masovia Laurentio Jo:
annis Bońniowski De Brodecz Et Adv:
catiam in oppido Brodecz cum tribus
mansis et jugeribus vulgo Mergis pro
200. sexagenis vendit, Donat perpetuo. ///

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam
rei memoriam. Nos Conradus Dei gratia dux
Masovia, Russia, nec non terrarum Polo:
censis, Ravensis Pastinensis, Sochaczowien,
Wyschegradensis, Lyvensis, Zacroczimensis do:
minus et heres Czirpensis etc. Significamus
tenore presentium quibus expedit tam pre:
sentibus quam futuris, harum notitiam ha:
bituris, generaliter universis. Quomodo consi:
deratis, et inspectis prout et fidelibus servi:
tibus, et propinquitate nobis per circumspe:
ctum Laurentium Johannis Sosnyewsky
De Grodzech constanter et fideliter exhibitis,
et in futurum aucto fidelitatis studio exhibi:
bendis, horum ob respectum sibi Laurentio
advocatiam sive escultetiam nostram in civi:
tate Grodzech, nobis ex justis et rationabi:
libus causis, post olim Mathiam Grodzskij
opidanum devolutam videlicet tres man:
sos mensura Culmensis, et tria jugera
vulgariter Mergij, pro ortis, fiendis, et cum
prato, mensuram agrorum habente superex:
crescentem ejusdem civitatis Grodzech, ea op:
posito villa Worowo vulgariter dicta, et
cum arvis videlicet tribus aliis Sjedliskij
liberis




liberis in circulo ex antiquo ad dictam advo:
catiam spectantibus, quos exemptos facimus et
liberamus, et quemadmodum ipsos mansos
seu advocatiam cum agris pratis et arvis
prescriptis, tenuimus, habuimus, et possedi:
mus in longum et latum veluti in suis me:
tis limitibusque sunt circumferentialiter
Distincti et limitati, nihil juris proprietatis et
Dominij pro nobis et nostris successoribus in eisdem
reservari, pro Ducentis sexagenis grossorum
in medijs grossis, vendidimus, et voce irrevocabi:
li resignavimus, vendimusque et resignamus di:
cto Laurentio, et ejus successoribus legitimis
per presentes perpetue et in domum, cum et
singulis utilitatibus omnibus, fructibus, redditu:
bus ~~et~~ proventibus, censibus, emolumentis, et
obventionibus generaliter universis quibuscumque
nomnibus nuncupetur, ad presens in dicta advo:
catia existentibus, et existendis, vel que per
humanam industriam reperiri poterint
in futurum. Item ratione ejusdem advoca:
tie predicto Laurentio, et ejus successoribus
legitimis, De quolibet macello carnum terti:
um lapidem sapi, et De omni re et causa judi:
cata tertium Denarium, simul cum balneo
libero in civitate nostra Grodzecz, super advo:
catiam gratiose habere admittimus. In su:
per prefatus Laurentius et sui successores
non alibi locorum, De quibusvis causis, cul:
pis et excessibus, nisi in prefata civitate
nostra Grodzecz, jure Culmensi judicabun:
tur, si vero evocatus per quempiam a

Suo



suo jure Culmensi, in jus Polonicum, aut suc-
 cessores sui fuerint, respondere minime tene-
 bitur, illum pena et ejus successores nulla
 sequen. Ceterum sapredictum Laurentium
 et ejus successores, ab omnibus servitijs no-
 stris, et nostrorum successorum absolvimus
 et liberamus, eo tamen excepto, quod dum
 nos et nostros successores ad bellum ire, aut
 expedire contingerit, eorum quotiens
 hoc contingerit, totiens tres sexagenas gros-
 sorum in medijs grossis, nobis et nostris
 successoribus, dare et pagare pro nostro
 fisco predictus Laurentius et successores
 sui debebunt, et presentibus sint astricti,
 liceat igitur prenominato Laurentio et ejus
 successoribus legitimis predictam advo-
 catiam tenere, habere, regere, gubernare
 utifruu, pacifice, et quiete possidere tem-
 poribus perpetuis, nec non vendere, obliga-
 re, donare, alienare, permutare, et cete-
 ros usus suos beneplacitos convertere,
 prout sibi et ejus legitimis successoribus
 melius et utilius videbitur expedire, no-
 stra tamen et nostrorum successorum
 voluntate more solito prius et primi-
 paliter requisita in premissis. In cujus
 rei testimonium sigillum nostrum ma-
 jus presentibus De certa nostra scientia
 est appensum. Actum et datum in fir-
 mo feria secunda ipso die Sancti Gre-
 gorij. Anno Domini millesimo quadrin-
 gesimo

gontesimo


gentesimo octuagesimo septimo. Presenti-
bus magnificis et Generosis, Derlao de Bo-
glewicz Czirnensi, Nicolao de Obory Lij-
wensi Castellanus, Martino De Obory judi-
ce, et Stanislao De Thurowicz Subjudice
Czirnensibus, et alijs fidedignis testibus cir-
ca praemissa. Scriptum per manus Venera-
bilis Magistri Nicolai de Nischewo De-
cani et Canonici Ecclesiae majoris Plocensis
Archidiaconi et Officialis Warschoviensis in
ecclesia Sosnawiceni, Secretarijque nostri
qui presentia habuit in Commissis.

Ta Kopia praepisana z oryginalu
paryaminowego, Dnia trzynastego
Miesiaca Marca, Roku Panskiego
1785go, u ktorego dotu na sznurku
iedwabnym w kolorach białym y rużo-
wym, wisi pierze, na ktorej wii-
nieta jest osoba na koniu siedząca
z Chorągiewką pod koniem jest herb
czterech ortow, na okoto tey pie-
czeci jest Dwiem rządami napis, lecz
Zatarty. ~